Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

Lectiones in vigilia defunctorum

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

resurg& in resurrectione. in nouissimo die. Dix
ei ihs. Ego sum resurrectio & uita. qui credit
in me &iam si mortuus fuerit uiu&. Et omnis
qui uiuit & credit in me. non morietur in
aeternu. Credis hoc. R. Ait illi. Utiq: dne.
Ego credidi quia tu es xps filius di. qui in h
mundum uenisti.

LECTIO IN UIGIL DEFUNCTOR.
LECTIO LIBRI IOB.

Parce mihi dne. nihil enim sunt dies mei.
Quid est homo quia magnificas eu. aut
quia ponis erga eum cor tuum. Uisitas eu
diluculo. & subito probas illu. Usquequo non
parcis mihi nec dimittis ut glutiam saliua
meam. R. Peccaui quid faciam tibi. O cus
tos hominu quare posuisti me contrariu
tibi. & factus sum mihi met ipsi grauis. R.
Cur non tollis peccatum meum. & quare
non aufers iniquitatem meam. R. Ecce
nunc in puluere dormiam. & si mane me
quesieris non subsistam.

Tedet animam meam uitae meae dimit
tam aduersum me eloquium meum.
Loquar in amaritudine animae meae.
Dicam do noli me condempnare. indica mihi

cur me ita iudices. Numquid bonum tibi uide-
tur si calumnieris & opprimas me. opus manu-
um tuarū & consilium impiorū adiuues..
Numquid oculi carnei tibi sunt. aut sicut ui-
det homo & tu uidebis.. numquid sicut dies
hominis dies tui. & anni tui sicut humana
sunt tempora. ut quaeras iniquitatē meā
& peccatum meum scruteris. & scias quia ni-
hil impiū fecerim. cum sit nemo qui de ma-
nu tua possit eruere.

Manus tuae plasmauerunt me. & fecerū
me totum in circuitu. & sic repente
precipitas me.. Memento queso quod
sicut feceris me. & in puluerem deduces me.
Nonne sicut lac mulsisti me. & sicut caseum
me coagulasti.. pelle & carnibus uestisti me
& ossibus & neruis conpegisti me. Uitam &
misericordiam tribuisti mihi. & uisitatio
tua custodiuit spm̄ meum.

Responde mihi quantas habeo iniquitates
& peccata. scelera mea & delicta ostende
mihi. Cur faciem tuam abscondis. &
arbitraris me inimicum tuum.. Contra fo-
lium quod uento rapitur ostendis potentiā
tuam. & stipulam siccā persequeris. Scribis

enim contra me amaritudines. & consumere uis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in neruo pedem meum. & obseruasti omnes semitas meas. & uestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum. & quasi uestimentum quod comeditur a tinea.

Homo natus de muliere breui uiuens tēpore repletur multis miseriis. Quasi flos egreditur & conteritur & fugit uelut umbra. & numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos. & adducere eum tecum in iudicium. Quis potest facere mundū de inmundo conceptū semine. nonne tu qui solus es. Breues dies hominis sunt. numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Recede paululū ab eo ut quiescat donec optata ueniat. sicut mercennarii dies eius.

Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me. ut abscondas me donec pertranseat furor tuus. & constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Putas ne mortuus homo rursum uiuat. Cunctis diebus quibus nunc milito. expecto donec ueniat inmutatio mea.

Vocabis & ego respondebo tibi. operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti. sed parce peccatis meis.

Spiritus meus attenuabitur. dies mei breviabuntur. & solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi. & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me & pone me iuxta te. & cuiusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt. cogitationes meae dissipatae sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem. & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est. in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi pater meus es. mater mea & soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea. & patientia mea tu es domine deus meus.

Pelli meae consumptis carnibus adhaesit os meum. & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus. & carnibus meis saturamini. v. Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei. v. quis mihi det ut exarentur in libro stilo ferreo & plumbi lamina. vel celte sculpantur in silice.

Scio enim quod redemptor meuſ uiuit. & in nouiſ
ſimo die de terra ſurrecturuſ ſim. Et rurſum
circumdabor pelle mea. & in carne mea uidebo
dn̄i. Quem uiſuruſ ſum ego ipſe. & oculi mei con
ſpecturi ſunt & non aliuſ. Repoſita eſt hęc ſpeſ
mea in ſinu meo.